



Per.  
Lat  
020

Prodit Budapestini, VIII., Baross-u. 62. circa Idus cuiusque mensis, excepto Julio et Augusto.  
Pretium subscriptionis annuae 60.000 coronarum (4 P 80 f).

### Rothermerius.

Omnes diminutae<sup>1</sup> Hungariae filii quotidie laeto et pergrato animo, Patriam diminuentes vero dentibus<sup>2</sup> frendentes<sup>3</sup> in memoriam revocant nomen viri<sup>3</sup> perillustris<sup>3</sup> Rothermerii. Viro illi venerabili et iustitiae amanti persuasum est Hungariam post bellum maximā iniuriā affectum esse. Plane videt atque sentit pacem, quae in Trianon composita est, esse omnino iniustum neque fieri posse tot Hungaros sub iugo alienarum gentium vivere.

Re vera nos Hungari vivere volumus vitam illam, quam vixeramus per mille annos et vivere volumus intra illos fines, quos nobis Deus procreavit atque maiores sanguine uberrime effuso comparaverant.

Grato animo salutamus senatorem<sup>4</sup> Ro-



Rothermerius.

thermerium, quia unus<sup>5</sup> fere amicus inter tot inimicos ausus est enuntiare in ephemridibus<sup>6</sup> suis Hungariae, quae sui<sup>7</sup> tantum tuendi<sup>7</sup> gratia bellum suscepit, iniuriam quam maximam illatam esse pace, quam de Trianon nominant, quamque hostes nostri non inierant<sup>8</sup> nobiscum, sed dictabant, tristissima. Totius mundi animum vir ille tenax propositi ad nos convertit neque terrore et insidiis hostium cogi potest, ut ea, quae iustitiae amantissimus scripserat, revocet. Iam dudum consuevimus nobis ne sperare quidem licere, sed adiutore viro illo perillustri atque singulari spes nostra iterum reviscit.

Faveat nobis Deus et concedat, ut brevi iterum prendere possi-

<sup>1</sup> megsonkított    <sup>2</sup> fogcsikorgatva    <sup>3</sup> lord    <sup>4</sup> lord  
<sup>5</sup> egyetlen    <sup>6</sup> ujság    <sup>7</sup> önvédelem    <sup>8</sup> köt.

mus manus fratrum nostrorum, quos vis  
hostium a nobis avulsit.

Credamus Deum nobis propitium fore!

Credamus Deum esse iustitiam!

Credamus Patriam resurrecturam esse!



## *Sanctus Stephanus.*

*Scripsit : V. F.*

*Aggregdior<sup>1</sup> celebrare<sup>2</sup> pium nunc carmine<sup>2</sup> regem,  
Cui primo gentem Christi praecepta docere  
Contigit<sup>3</sup> Hungaricam recfosque imponere mores,<sup>4</sup>  
Multum cum falsis erroribus inveteratis<sup>5</sup>  
Atque odiis hominum conflictatus<sup>6</sup> rigidorum,<sup>7</sup>  
Duris sudarat<sup>8</sup> multisque laboribus acer<sup>9</sup>  
Dum nova regna suo dominatu condere<sup>10</sup> posset  
Hungariaeque pios mores inferre deique  
Legitimum peri tabulis<sup>11</sup> describere<sup>11</sup> cultum.*

*Sancta Maria, mihi causas memoria, juvenilem  
Quae prolem ducibus natam tot ferre labores<sup>12</sup>  
Depositoque errore novos inducere mores  
Sublatisque<sup>13</sup> magis<sup>14</sup> aras evertere falsas  
Impulerant<sup>15</sup> antiqua mihi succurre<sup>16</sup> canenti.*

*Urbs erat in ripa Danuvi fluminis alti,  
Solva,<sup>17</sup> a Romanis quondam fundata colonis,  
Parvaquidem, sed dives opum princepsque locorum;  
Tum caput<sup>18</sup> Hungariae regnique aptissima sedes,  
Quo fruges operum plebisque tribula redibant<sup>19</sup>  
Hic sedem<sup>20</sup> Stephanus post mortem patris habebat.<sup>20</sup>*



## Quaedam de supremo die Socratis.

Navis sancta nondum rediit insulā Delō  
et Socrates capitīs damnatus tempus vitae  
ultimum sermones cum amicis habens  
consumiebat. Illi saepe eum frequentabant<sup>1</sup>  
et admirabantur magistrum, aequo<sup>2</sup> animo<sup>2</sup>  
expectantem diem supremum.

Saepe eum Criton rogarbat atque obsercrabat, ut ex custodia<sup>3</sup> fugeret, saepe coniunx lamentabat, vitam ut servaret — frustra — «Fuga mea — inquit sapiens, — crimen esset; violarem enim leges Athenarum». Uxor lacrimas fundens «si artifex — dixit — sta-

*Annis paene puer, sed clarus acumine<sup>21</sup> mentis,<sup>21</sup>  
Insignis<sup>22</sup> pietate, sagax<sup>23</sup> rerumque<sup>24</sup> peritus.<sup>24</sup>  
Vix unda<sup>25</sup> tinctus lustrali,<sup>25</sup> maxima virtus  
Enituit: magno<sup>26</sup> praecordia<sup>26</sup> motus<sup>26</sup> amore<sup>26</sup>  
Leniter antiquos mores runcare<sup>27</sup> volebat.  
Cum tamen obstarent nonnulli mente<sup>28</sup> feroce<sup>28</sup>  
Praefractique novos ritus addiscere nollent,  
Quin et aperta mali civilia bella pararent:  
Rumpitur indulgens altae<sup>29</sup> patientia mentis.<sup>29</sup>  
Nuntius admisso<sup>30</sup> tum currit equo<sup>30</sup> speculator<sup>31</sup>  
Compellatque<sup>32</sup> ducem sic verbis exanimatus:<sup>33</sup>  
«Ample vir,<sup>34</sup> en refero<sup>35</sup> tibi magnum instare<sup>36</sup>*

*Nam caput adversae<sup>37</sup> partis<sup>37</sup> gentilia<sup>38</sup> pandit  
Signa<sup>39</sup>. tibique parat bellum Coppanus acerbus.  
Conveniunt priscam<sup>40</sup> sectantes religionem  
Agglomerantque<sup>41</sup> duci permulti se truculent<sup>42</sup>;  
Invidia moti domibus campisque perustis<sup>43</sup>  
Adversum te signa ferunt pestem minitantes.»*

1 készül	2 megénekel	3 sikerül	4 erkölcs
5 megrögzött	6 küzködik	7 nyakas	8 izzad
9 keményen	10 alapít	11 törvénybe iktat	
12 elvisel, túr	13 megszüntet	14 táltos (magus)	
15 indít	16 segítségére siet	17 Esztergom	18 fő-
város	19 befoly	20 székel	21 elmeél
váljó	23 éleselméjű	24 tapasztalt	25 keresztvíz
26 szívében nagy szeretetre gerjedve		27 írt	28 el-
szánt	29 fennköt	30 vágittatva	31 kém
szólít	33 lélekszakadva	34 Felség	35 jelent
36 közeledik	37 ellenpárt		38 nemzetiségi
39 zászló	40 ősi	41 csatlakozik	42 zord
perzsel.			43 fel-

tuarum fuisses, nunc magister praeclarus  
esses et mors non te maneret». Alcibiades,  
memor pugnae apud Potidaiam, «si —  
ait — dux in bellis fuisses, nunc omnes  
Athenienses te admirarentur, nam fortis et  
sapiens es».

Socrates tranquille audivit lamentationes amicorum, qui interitum eius deflebant, et «Cur — inquit — fletis, cum me sedati animi videatis? Si opifex, vel dux in bellis fuisse clarus, forsitan opes maximas et nomen clarissimum liberis relinquere possem; sed etiam ita scio vitam meam non nihil fuisse. Et si dei mihi vitam alteram darent, ibidem inciperem eam, ubi nunc eam omitto; docerem et erudirem homines; contentus sum enim hoc faciens.

Anna Fábián

<sup>1</sup> látogat      <sup>2</sup> nyugodtan      <sup>3</sup> hörtön

*Haec ubi narravit, iuvenis dux ora rubore  
Perfusus solio<sup>44</sup> residens sic clamat in alto :  
«Heu profligatum ! iuro per numina divi,  
Non hoc ille feret commissum<sup>45</sup> impune rebellis ;<sup>46</sup>  
Tradite mi gladium, calcaria, promite<sup>47</sup> scutum,  
Producatur equus frenatus<sup>48</sup> et arma parentur.  
Nuntie, cum gladio regnum percurre cruento,  
Huc ut nostra cito festinent agmina Solvam.  
Auxiliante feras spero me numine turbas  
Victurum, ne sit telis genus hocce superbum.»  
Talia flammato<sup>49</sup> iuvenis dux corde locutus  
Tecta subit templi magnoque ardore<sup>50</sup> precatur :  
«Christe, Dei proles, hominum qui motus amore  
Passus es in ligno crudeliter excruciasi,<sup>51</sup>  
Aspice, nostra quibus versentur regna periclis,  
Neu dimitte<sup>52</sup> sinu<sup>52</sup> nos ex divo, sed acerbum  
Coppani fastum<sup>53</sup> et conata<sup>54</sup> retunde<sup>55</sup> maligni.»  
Has fatus voces relevato<sup>56</sup> pectore templum  
Linquit et aggreditur comites bellare paratos.*

(Ad numerum proximum.)

<sup>44</sup> trón    <sup>45</sup> bún    <sup>46</sup> lázadó    <sup>47</sup> előhoz    <sup>48</sup> felzablázott    <sup>49</sup> haragtól lángoló    <sup>50</sup> hév    <sup>51</sup> kínoz  
<sup>52</sup> megvonja oltalmát    <sup>53</sup> gőg    <sup>54</sup> kísérlet    <sup>55</sup> meghiusít    <sup>56</sup> megkönyebbül.

## Lucius Marius.

Scripsit: Church A. J. In Latinum convertit: Valentinus Fehér.

### 10. Tharsus.

Iter Argonis — hoc erat navi nomen — usque ad finem secundum<sup>1</sup> erat. Diebus decem post, quam Lucius erat liberatus, mercator dicit Lucio et Philaretæ :

— Cras prima<sup>2</sup> luce,<sup>2</sup> si ventus manebit assiduus,<sup>3</sup> ad ostium<sup>4</sup> Cydni fluminis erimus, unde non longe Tharsus abest. Ne diu dormiatis, quia regionem aspicere opera<sup>5</sup> pretium<sup>5</sup> est.

Eo tempore, quod Thero significaverat, Argo scopulis<sup>6</sup> in ostio evitatis ancoram<sup>7</sup> iecit, ut portorium<sup>8</sup> solveretur et ductores<sup>9</sup> gnari locorum<sup>10</sup> in navem sumerentur.<sup>11</sup> Reliqua diei parte navis adverso flumine Tharsum versus, quod oppidum milia passuum circiter octo a mari aberat, iter continuabat.<sup>12</sup>

— Flumen istud — inquit mercator — adeo frigidum est, ut cum Alexander ille

Macedo itinere calefactus<sup>13</sup> in illud nudus<sup>14</sup> insiluisse, in tantam febrim<sup>15</sup> inciderit, ut paulum<sup>16</sup> abesset,<sup>16</sup> quin et vitae et belli finis caperetur.

Tharsus flumine in duas partes est divisa; nomen hac<sup>17</sup> divisione<sup>17</sup> facta<sup>17</sup> ab alis<sup>18</sup> obtinebat. Ut navis in flumen remis<sup>19</sup> acta est, Thero magistratibus se advenisse nuntiavit. Quo facto domus ab eo conducta<sup>20</sup> atque eleganter<sup>21</sup> instructa<sup>22</sup> est, ubi Lucius commodum<sup>23</sup> repperit hospitium.<sup>24</sup> Nihil antiquius<sup>25</sup> habuit, quam litteras scribere, quibus rettulit,<sup>26</sup> quae sibi accidissent et qualis esset rerum suarum condicio.<sup>27</sup> Finis epistolæ his fere verbis scriptum est : «Quaeso, pater, ut res meas M. Tullio quam primiū exponas.<sup>28</sup> Neque dubito, quin aequē<sup>29</sup> me in Asia sit adiuturus atque<sup>30</sup> fecisset in Sicilia, nisi fato impeditus esset.»

Dum litteris responderetur, Lucius aut in oppido spatiabatur,<sup>31</sup> aut Theronem adiuvabat in negotiis<sup>32</sup> expediendis.<sup>32</sup> Vir locupletissimus particeps erat fructuum<sup>33</sup> Palaestinensis; in agris Aegypti et Africæ frumentariis redempturas<sup>34</sup> habebat: in planitiis Phrygiae multa milia boum et ovium pro pecunia possessoribus mutuata<sup>35</sup> pignori<sup>36</sup> erant; reges ei magnas pecunias debebant.<sup>37</sup> In Campania vineas, in mari Aegeo marmora,<sup>38</sup> in Thracia metalla<sup>39</sup> argentaria<sup>39</sup> habebat. Summa<sup>40</sup> erant triticum<sup>41</sup> Aegyptiacum, poma palmarum Syriacarum, serica<sup>42</sup> ex longinquissimo oriente, elephanti, leones, pantherae<sup>43</sup> ad ludos edendos, murex<sup>44</sup> Tyrius, gemmae<sup>45</sup> ab urinatoribus<sup>46</sup> in Mari Rubro collectae, ornamenta, opera Graecorum artificiose fabricata, picturae textiles<sup>47</sup> Per-

<sup>1</sup> kedvező	<sup>2</sup> hajnalban	<sup>3</sup> folytonos	<sup>4</sup> tor-
<sup>5</sup> érdemes	<sup>6</sup> szirt	<sup>7</sup> horgony	<sup>8</sup> ki-
<sup>9</sup> kalauz	<sup>10</sup> hellyel ismerős	<sup>11</sup> felvesz	<sup>12</sup> kötő
<sup>12</sup> folytat	<sup>13</sup> felhevült	<sup>14</sup> ruhátlanul	<sup>15</sup> láz
<sup>16</sup> kevés hijja volt	<sup>17</sup> ezen felosztás következetében		
<sup>18</sup> szárny	<sup>19</sup> evező	<sup>20</sup> bérrel	<sup>21</sup> előkelően
<sup>22</sup> berendez	<sup>23</sup> kényelmes	<sup>24</sup> vendégszoba	
<sup>25</sup> előbbrevaló	<sup>26</sup> jelent	<sup>27</sup> körülmények	
<sup>28</sup> előad	<sup>29</sup> épénúgy	<sup>30</sup> int	<sup>31</sup> sétál
<sup>35</sup> kölcsön	<sup>36</sup> zálog	<sup>37</sup> adós	<sup>38</sup> márványbánya
<sup>39</sup> ezüstbánya	<sup>40</sup> legföbb dolgok	<sup>41</sup> búza	<sup>42</sup> se
<sup>46</sup> bűvár	<sup>47</sup> hímzések,	<sup>43</sup> párduc	<sup>44</sup> bíborkagylo
		<sup>45</sup> gyöngy	

sarum, sagittae Scythicae, gladii Damasceni.

Lucius non praetermisit occasionem, quin linguam Graecam disceret. His aliisque delectationibus atque operis satis celeriter dies labebantur.<sup>48</sup> Tandem quodam die litterae patris navi allatae sunt. Pater inter alia haec scripserat: «Extemplo visi M. Tullium; dixit se non ita dolere, quod ex Sicilia discessisses. Simul me obsecravit, ut acciperem a se tibi pecuniam; accepi. Nam hominem ingenuum<sup>49</sup> rem ingenue oblatam accipere debere existimo. Quapropter accipies adiunctam syngrapham<sup>50</sup> ducentorum milium sestertium. At tantummodo tertiam<sup>51</sup> huius summae partem tibi mitto. Dicas velim Theroni Tarentino eiusque filiae, Philaretae me tuamque matrem maximam debere gratiam. Dii te servent. Vale!»

Litterae Ciceronis adiunctae his verbis scriptae erant:

«Marcus Tullius regi Deiotaro salutem. Commendo tibi Lucium Marium Arpinatem, amicum et civem meum. Scito eum non solum esse honestum adolescentem, sed etiam praeclaros habere consanguineos,<sup>52</sup> quibus dignum se praebet. Multa iam pericula incolumis pertulit. Quam ob rem eo magis eum tibi commendare audeo, quod scio eum a te non solum prudentem ac fortem, sed, quod maius est, etiam felicem iuuentum iri. Vale!»

— Quis est iste rex Deiotarus? — quaerit Lucius ex mercatore.

— Rex Galatiae. Cum egregia Romanis officia<sup>53</sup> praestiterit, civitas gratam se ostendit. Te civem Romanum honeste tractabit.<sup>54</sup> Quare stadeo, ut statim proficiscaris. Paucis post diebus Pessimum, in caput et sedem Galatiae, agmen ibit. Quod ad pecuniam attinet, in crumeno<sup>55</sup> parum auri te habere dicis; dabo tibi syngrapham. Si quando dives factus eris atque ego fuero pauper, tum pecuniam resolves.<sup>56</sup>

(Ad numerum proximum.)

## De inscriptione columnae rostratae.

Apud Romanos priscis iam temporibus plurima monumenta<sup>1</sup> exsisterunt litteris<sup>2</sup> mandata, ut memoriam rerum gestarum servarent et egregios cives laudibus debitibus<sup>3</sup> ornarent. Sed horum monumentorum nihil exstat nunc, nisi memoria apud rerum<sup>4</sup> scriptores.<sup>4</sup> Contra oculis admirari, perlegere, interpretari possumus illam inscriptionem, quae in columna rostrata inscripta est in honorem C. Duilii. C. Duilius primus triumphum navalem egit de Poenis anno CCLX. a. Ch. n. Columna rostrata in foro posita saeculo XVI. reperta est. Nunc in museo Capitolino servatur.



Inscriptionem columnae rostratae nonnulli viri docti ad Augusti vel Claudii aetatem pertinere credunt. Nonnulli putant ab aliquo antiquitatis<sup>5</sup> studioso<sup>5</sup> confictam<sup>6</sup> esse, fortasse ex ipsius Livii annalibus desumptam esse. Attamen non defuerunt, qui eam quaesitis argumentis veram et germanam<sup>7</sup> demonstrare conarentur. Ex antiquis scriptoribus Plinius Senior, Quintilianus, Servius grammaticus veram et germanam habuerant columnam rostratam.

Utut est, inscriptionem columnae rostratae, ut suppletis<sup>8</sup> lacunis<sup>8</sup> a Mommseno solet exhiberi, legere potestis:

secestANOsque ..... op-  
sidioneD EXEMET. LECIONESque Carta-  
ciniensis omnis  
maximosqve. MAGISTRatos luci palam  
post dies  
nOVEM. CASTREIS. EXFOCIONT. MACE-  
lamque oppidum vi

<sup>48</sup> mulik    <sup>49</sup> becsületes    <sup>50</sup> utalvány    <sup>51</sup> harmad-  
rész    <sup>52</sup> rokon    <sup>53</sup> szolgálat    <sup>54</sup> bánik    <sup>55</sup> erszény  
<sup>56</sup> visszafizet.

<sup>1</sup> emlék    <sup>2</sup> írásos    <sup>3</sup> illő    <sup>4</sup> történetíró    <sup>5</sup> régiség-  
kedvelő    <sup>6</sup> hamisít    <sup>7</sup> ósi    <sup>8</sup> hiányos részek kitöltése.

pVCNANDOD. CEPET. ENQVE. EODEM.  
     MA*Gistratud* bene  
 rEM. NAVEBOS. MARID. CONSOL. PRIMOS  
     Ceset *copiasque*  
 cLASSESQVE. NAVALES. PRIMOS. ORNA-  
     VET. P*Aravetque*  
 CVMQUE. EIS. NAVEBOS. CLASEIS. POI-  
     NICAS. OMNIS *itemque ma-*  
 xVMAS COPIAS. CARTAGINIENSIS PRAE-  
     SENTED *hannibaled*  
 DICTATORED OLOROM. IN. ALTOD MARID  
     PVCNandod *vicet*  
 vIQVE NAVEis cepeT. CVM. SOCEIS. SEP-  
     TEResmon *unam quin*  
 queresmOSQVE. TRIREMOSQVE. NAVEIS.  
     Xxx merset XIII  
 auroM CAPTOM NUMEI CID CID CID CID  
     D C C  
 arcenTOM CAPTOM PRAEDA NUMEI  
     CCCI C...  
 omneCAPTOM AES CCCICCD 2. 3. 4. 5. 6.  
     7. 8.  
 .... CCCICCD 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.  
     13.... pri-  
 mos QVOQVE. NAVALED. PRAEDAD. POP-  
     LOM donavet pri-  
 mosque CARTACINIENSIS inceNVOS Duxit in  
 troimpod ..... EIS ..... CAPT ..... .

Titulus columnae rostratae, quam supra attulimus, his latinitate nostra transcribitur :

«(C. Duilius M. filius M. nepos consul) Segestanos... obsidione exemit legionesque Carthaginienses omnes et maximus magistratus luci palam post dies novem ex castris effugiunt; Macellamque oppidum vi pugnando cepit. Inque eodem magistratu bene rem navibus mari consul primus gessit, copiasque classesque navales primus ornavit paravitque. Cumque eis navibus classes Poenicas omnes, item maximas copias Carthaginientes, praesente Hannibale dictatore illorum, in alto mari pugnando vicit; vique naves cepit cum sociis, septiremem unam, quinqueremesque triremesque naves XXX mersit XIII. Aurum captum nummi tria milia septingenti; argentum captum praeda nummi (bis?) centena milia; omne captum aes centena milia (plus) vicies. Primus quoque navalii praeda populum donavit, pri-

musque Carthaginienses ingenuos duxit in triumpho...»

De rebus gestis, quae hic memorantur, auctor<sup>9</sup> est nobis Polybius, qui in operis sui capite XXII. narrat C. Duilium audita Cn. Cornelii Scipionis apud Liparaeorum oppidum clade ad classem Romanam traieccisse, post hostium classem, cui Hannibal praeerat,<sup>10</sup> audacter aggressum<sup>11</sup> esse apud Mylas et splendidam victoriam de Poenis retulisse illius apparatus<sup>12</sup> ope, cui corvorum nomen inditum erat.

Nonnulla de lingua inscriptionis praeterea scribere volumus. Lector studiosus enim multa antiquitatis indicia<sup>13</sup> deprehendit,<sup>14</sup> sicut : *c litterarum usus pro g /lecciones, macistratos/, casus nominativi formae in -os designetes /primos, macistratos/, exitus accusativi pluralis in -is vel -eis /claseis, omnis/, praesertim vero litteram d in ablativo singulari /opsidioned, pucnandod, marid, in altod marid/. Verborum formae in -et pro -it exeunt /exemet, cepeT, ornavet/, deinde in -ont pro -unt /Exfociont/. Adde denique formas : navebos pro navibus, oloram pro illorum, poplom pro populum cet.*

De sinceritate<sup>15</sup> atque aetate columnae rostratae grammatici certant. Iure meritoque possumus nos ad eorum opinionem inclinare, qui inscriptionem rostratae columnae sinceram et suae aetatis affirmant.

<sup>9</sup> értesít    <sup>10</sup> vezére volt    <sup>11</sup> megtámad    <sup>12</sup> eszköz  
<sup>13</sup> jel, bizonyíték    <sup>14</sup> észreveszi    <sup>15</sup> hitelesség.

### Crux amphitheatro Flavio restituta.

Omnes Iuventutis lectores utique norunt Amphitheatum Flavianum, vel alio nomine Colosseum, cuius ruinae<sup>1</sup> hodie quoque Romae videntur. In huius theatri arena<sup>2</sup> plurimi Christi fideles bestiis dilacerati<sup>3</sup> vitam posuerunt, qua de cansa iure meritoque dici potest arenam Colossei hominum sanguine madefactam<sup>4</sup> esse. In cuius rei memoriam Crux Colosseo restituta<sup>5</sup> est, qua occasione Josephus Rinaldi hoc carmen Alcicum scripsit :

<sup>1</sup> rom    <sup>2</sup> homok    <sup>3</sup> széttép    <sup>4</sup> nedves    <sup>5</sup> visszaállít.

Quae iam madentis<sup>6</sup> sanguine martyrum  
Romanae arenae in medio nites<sup>7</sup>  
Crux alma<sup>8</sup> rursus, iure aveto,<sup>9</sup>  
Romulidis<sup>10</sup> populisque cunctis.

Salutis arra<sup>11</sup> atque unica gentium  
Spes ! Te impia<sup>12</sup> olim depulerat manus,  
Augusta<sup>13</sup> Te reddit, locoque  
Restituit proprio et decenter !

Festis sonant circum undique plausibus  
Arcus<sup>14</sup> et antra,<sup>15</sup> et vox pia civium  
Hymnos, preces gratesque multas  
Tanto operi meritas, rependit.

Huc denuo laeta agmina confluent  
Frequens piorum, ut mos fuerat prius,  
Flexa hic genu signum verendo<sup>16</sup>  
Christiadūm<sup>17</sup> omnigenūm<sup>18</sup> redemptūm.<sup>19</sup>

Hinc sacra stabunt limina posteris,  
Ullis profanis non maculandaque,  
Haec est voluntas nationis  
Italicae in meliora euntis.

Fidens in hoc signo oh ! Patria ambules,<sup>20</sup>  
Et continenter per medium hostium,  
Ut ante Constantinus, arma  
Arripiens superanda nunquam.

Vinces aperte, at nonnisi per Crucem,  
In qua salus est vitaque stabilis,<sup>21</sup>  
Victrix manebis gloriosa,  
Inviolabilis<sup>22</sup> usque aevum.

<sup>6</sup> nedves   <sup>7</sup> ragyog   <sup>8</sup> ósi, kegyes   <sup>9</sup> üdvözlegy  
<sup>10</sup> római   <sup>11</sup> zálog   <sup>12</sup> istentelen   <sup>13</sup> boldog   <sup>14</sup> bolt-  
hajtás, iv   <sup>15</sup> barlang   <sup>16</sup> tisztel   <sup>17</sup> kereszteny  
<sup>18</sup> minden nemzetbeli   <sup>19</sup> megváltott   <sup>20</sup> járj   <sup>21</sup> ál-  
landó, biztos   <sup>22</sup> sérhethetlen.

Fer aut feri, ne feriaris, feri !

\*

Post aspera prospera spera.

\*

Maximus in minimis cernitur esse Deus.

\*

Porta patens esto, nulli claudatur honesto !

\*

Custodi ordinem et ordo custodiet te.

\*

Rex regum reges regit.



**Exploratores maritimi**<sup>1</sup> diversarum gentium in Dania mense Augusto ad certamina<sup>2</sup> convenerant. Etiam exploratores Hungari ducibus Cassiano Mattyasóvszky, directore gymnasii Strigoniensis Ordinis Sancti Benedicti et Josepho Bátori professore Scholarum Piarum Budapestinensi variis certaminibus intererant et victoriam<sup>3</sup> splendifissimam consecuti<sup>3</sup> sunt. Bello infelicissime finito mari nostro spoliati<sup>4</sup> suīnus, qua de causa defuit occasio exploratoribus nostris in mari se exercendi,<sup>5</sup> attamen navim Wikingianam, quae praemium<sup>6</sup> maximum<sup>6</sup> fuit, obtinuerunt et domum secum reportaverunt praeter alia praemia. Uno animo salutamus exploratores, quippe qui laudem atque gloriam nomini Hungaro consecuti sint.

**Joannes Csernoch**, Cardinalis<sup>7</sup> S.<sup>8</sup> R.<sup>8</sup> E.<sup>8</sup> et princeps<sup>9</sup> primas Hungariae et archiepiscopus Strigoniensis mense Julio senio confectus diem supremum obiit. Maesti Hungari patriae mancae cadaver circumstelerunt ultimi primatis totius patriae. Ad funera complures venerunt etiam extra fines Patriae viventes Hungari. Joannes Csernoch in Szakolca anno MDCCCLII. e parentibus agrum coletibus natus est, propter singulare<sup>10</sup> ingenium<sup>10</sup> vero primum locum occupavit inter cives rei publicae. Studia, quae in gymnasii tractari solent, parvum in civitate patria, partim Strigonii persolvit.<sup>11</sup> Theologiam in universitate Vindobonensi<sup>12</sup> didicit. Sacris initiatu variis Ecclesiae negotiis occupatus erat. Ex omni parte eximium se praestans episcopus Csanadiensis, mox archiepiscopus Colocensis, denique archiepiscopus Strigo-

<sup>1</sup> vízi cserkész   <sup>2</sup> verseny   <sup>3</sup> győzelmet arattak  
<sup>4</sup> megfoszt   <sup>5</sup> gyakorlatozás   <sup>6</sup> első dij   <sup>7</sup> bíboros  
<sup>8</sup> Sacrae Romanae Ecclesiae   <sup>9</sup> herceg   <sup>10</sup> kiválos  
tehetség   <sup>11</sup> elvégez   <sup>12</sup> bécsei.

niensis nominatus etiam inter patres purpuratos<sup>13</sup> assumptus est. In lingae Latinae facultate eodem<sup>14</sup> modo<sup>14</sup> par<sup>14</sup> fuit, quo vernacula<sup>15</sup>.

<sup>13</sup> bíbornok    <sup>14</sup> ugyanúgy beszélt    <sup>15</sup> anyanyelv.



### Consilium egregium.

— Medice, quid faciam? nocte dum dormio, valde sterto.<sup>1</sup>  
— Dormias, quaeso, in cubili — altero.

### Cautus.

Puerulus in curru<sup>2</sup> vi<sup>2</sup> electrica<sup>2</sup> acto<sup>2</sup> exadversus senem quendam in sella sedebat. Pueruli nares (noscis, quo suco) humectatae<sup>3</sup> sane<sup>4</sup> ad modum,<sup>4</sup> quam<sup>4</sup> nitebant.<sup>4</sup> Cum puerulus nec minimam voluntatem, ut nares sudario<sup>5</sup> purificaret, ostenderet, senex rem iam ferre non potuit et interrogavit:

— Non habes, quo nasum tuum dergas, sudarium, puer?

— Habeo, sed... — et hic oculis suspicione plenis senem — ab imis plantis usque ad verticem<sup>6</sup> perlustravit — sed mater mea severe praecepit, ne cui — mutuo<sup>7</sup> dem.<sup>7</sup>

### In curru vapore acto.

Domina (in camera<sup>8</sup> feminis<sup>8</sup> destinata<sup>8</sup> ad colonum, qui ibi legis haud conscientius crebros fumos tabaci male olentis ore ducebat, valde indignabunda):

— Nonne haec camera est tabaco<sup>9</sup> non<sup>9</sup> utentibus<sup>9</sup>?

— Pro mea parte — respondit ille quieto animo — secure tu quoque — accendas?<sup>10</sup>

### In examine.

Domine candidate,<sup>11</sup> in quanam academia tibi, quaeso, tantam molem ignorantiae in scientia iurisprudentiae<sup>12</sup> acquisiveras?

### Remedia<sup>13</sup> reptantia.

*Cubicularia*<sup>14</sup> (mane ad hospitem): Profit-ne medicamentum, quod vespere, ut somnos tibi faceret, ex apotheca afferri iusseras?

*Hospes*: Totam noctem insomnis pervigilavi.

*Cubicularia*: Quid non dicis? Medicamentum vi caruit?

*Hospes*: Econtra: valde efficax esset, sed in lecto multa repser<sup>15</sup> ejus — *remedia*.

### Verum dixit.

*Uxor* (maritum domum revertentem increpans): Iterum mentitus es mihi. Domo egressurus amici tui visitandi gratia te abire mihi affirmaveras et, ut vicina<sup>16</sup> me certiore fecerat, iterum in caupona<sup>17</sup> fuisti!

*Maritus*: Ita. Ibi enim commoratus<sup>18</sup> est amicus meus.

### Gemini.

— Quid rides, Petre?

— Sane mihi ridendum est: maternula enim Paulum iam altera vice in cupa<sup>19</sup> lavat, me vero — nec semel.

### Ex schola hodierna.

*Magister* (sciscitur, quibus occupentur<sup>20</sup> negotiis parentes discipulorum): Quid est pater tuus?

*Discipulus*: Interdiu<sup>21</sup> sutor, vespere Indianus in circo.

### Coena nova.

*Coqua nova* (ad herum): Quid tibi in crastinam coenam vis, ut coquam?

*Herus* (diu cogitat, dein): Nunc temporis multa de *vitamine*<sup>22</sup> audiuntur. Maximam ei vim nutriendi inesse docti affirmant Rogo, coquas mihi vitamin.

<sup>1</sup> horkol    <sup>2</sup> villamoson    <sup>3</sup> nedvességtől fénylett  
<sup>4</sup> valóban nagyon    <sup>5</sup> zsebkendő    <sup>6</sup> tetőtől-talpig  
<sup>7</sup> kölcsön ad    <sup>8</sup> női szakasz    <sup>9</sup> nemdohányzó  
 (szakasz)    <sup>10</sup> rágyujt    <sup>11</sup> jelölt    <sup>12</sup> jogi ismeretek  
<sup>13</sup> ellenszer    <sup>14</sup> szobaasszony    <sup>15</sup> mászik    <sup>16</sup> szomszédasszony    <sup>17</sup> korcsma    <sup>18</sup> időzött    <sup>19</sup> kád  
<sup>20</sup> foglalkozás    <sup>21</sup> napközben    <sup>22</sup> az ételek táplálóereje.

**Cellarius<sup>22</sup> celer.**

*Herus* (in hospitio, postquam diu quae iusserat fercula<sup>23</sup> frustra expectabat, ad celarium praetereuntem):

— Tu es forsan, quaeso, cui, ut ius<sup>24</sup> mihi ministres<sup>25</sup> mandaverim?

*Cellarius*: Ego.

*Hospes*: Des veniam! Non te agnovi. Ex eo valde — consenuisti.

**Uxor limata.<sup>26</sup>**

*Maritus* (ad uxorem, post rixam murmurans):<sup>27</sup> Vicina nostra semper exire iubet filios suos, quando cum marito rixatur. Illa sane se limate in maritum gerit!

*Uxor* (callide): Ita iam intelligi potest, cur tam turgida<sup>28</sup> valetudine<sup>28</sup> filii eius gaudeant.

*Maritus*: ?

*Uxor*: Sub divo<sup>29</sup> enim commorantur assidui.<sup>30</sup> *Felicianus Gondán dr.*

<sup>22</sup> pincér    <sup>23</sup> fogás    <sup>24</sup> leves    <sup>25</sup> felszolgál, hoz  
<sup>26</sup> figyelmes    <sup>27</sup> duzzogva    <sup>28</sup> duzzadó    <sup>29</sup> szabadban    <sup>30</sup> folytonosan.

**Solutiones aenigmatum numeri X.  
anni XI.**

1. Quid retribuam Domino pro omnibus, quae tribuit mihi? Calicem salutaris accipiam et nomen Domini invocabo. Luadans invocabo Dominum et ab inimicis meis salvus ero.


2. *Series libratae*. 1. lis, 4. omen, 6. acutus, 7. musicus, 9. os, 10. ai, 12. sapor, 14. tu, 15. tua, 16. res, 17. vel, 18. ni, 19. rana, 21. Utica, 23. sutor, 24. sono, 25. rigor, 27. Tasso, 28. an, 29. sonor, 33. sis, 34. nix, 36. mos, 39. lama, 40. retexo, 41. redditus, 42. ar, 43. me, 44. adire, 46. te, 47. sus, 49. sex 52. res, 53. at, 55. amor, 57. avare, 58. verus, 59. Eros, 60. virgo, 62. missō, 64. pater, 67. nix, 68. pes, 70. act, 71. aer, 73. mel, 75. ago, 76. nil, 77. ial, 78. ac, 79. is, 80. tango. — *Series directae*. 1. locus, 2. imus, 3. Setia, 5. nucius, 6. amo, 8. stipula, 11. Tacius, 15. tela, 16. re, 17. vinitor, 18. natus, 19. rus, 20. aconita, 22. arrogans, 26. os, 30. os, 31. ni, 32. os, 35. si, 36. mater, 37. omen, 38. saxum, 39. levare, 40. re, 41. redditus, 45. Remus, 48. sera, 50. se, 52. Samaria, 54. torus, 55. aversor, 56. res, 60. vi, 61. is, 69. Stator, 72. elegia, 73. manile, 74. lolligo, 65. an, 66. ex, 67. parata, 57. aversor.

Aenigmata rite dissolvit Margaretha de Tanay (Budapest).



Vox eadem Hyblaem volucrem signoque nigrantem,  
Nili potores quem coluere bovem.


\*  
Syllaba prima longa est mihi, correpta secunda  
Roboreus stipes sto bene fixus humi.  
Correpta prima, produc mihi posteriorem:  
Sum stagnum: ripis nutat harundo meis.



Magdalena Singer.



Eva Dikmann.



Solutiones aenigmatum usque ad Idus mensis alterius ad moderatorem mittantur.

Moderator ephemericus: E. KEMENES dr. O. S. B.

Budapest, VIII., Baross-u. 62.

ad quem litterae quaecunque mittantur.

Sumptibus moderatorum ephemericis:

Magyar Középiskola. (Praeses: ACSAY ISTVÁN dr.)